Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35265
Copyright: Innsbruck, Prämonstratenser-Chorherrenstift Wilten



P.

tius obfuit obseruatoribus suis. De ca
institucionis. Causa vero institucionis bapti
est innouacio mentis ut homo qui per peccatum
vetus fuerat. per gratiam bapti renouetur.
quod fit deposicione vitiorum et collacione
virtutum. et hec est res huius sacramenti.
interior mundicia. Quaeritur utrum baptismus ap
periat celum quod non apparuit circumcisio.
dominus quod nec baptismus nec circumcisio aditum regni
nobis apparuit. sed hostia salutaris. que
si tempore circumcisionis oblata fuisset illius
tempus homines in regnum intrassent. Hic
dicendum est aliquos suscipere sacramentum et
rem sacramenti. aliquos sacramentum et non rem.
aliquos rem et non sacramentum. Sacramentum
et rem simul suscipiunt omnes paruuli qui in
baptismo ab originali peccato mundantur. Vnde
a paruulo inquit recenti nato usque ad
senem. sicut nullus prohibetur a baptismo.
ita nullus est qui non peccato moriatur in
baptismo. sed paruuli tantum ab originali. ma
iores vero et omnibus que male viuendo
addiderunt. De ficte accedentibus.
Qui vero ficte accedunt sacramentum et
non rem suscipiunt. Sunt lauacra gentium
et hereticorum sed non lauant ad salutem.
quia spiritus sanctus fugiet fictum. Non ergo ficte
accedenti dimittuntur peccata.

diuersus modus suscipiendi sacramentum.

Augustinus.

Iohannes.

.iiii.